



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

An interrumpi Missa aliquando possit. Cap. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Missa; tamen non propterea tollitur, quod & aliis indulgeatur permissivè ut ex dictis patet.

19 Ex his quilibet facile concludet eum Sacerdotem nu. i. allatarum stare promissis. sequendo nostram sententiam, potuisse: potuisse tamen non stare, si secus fuisset alia, quæ certè probabilis est.

CAPVT VII.

An interrumpi Missa aliquando possit.

§. I.

Præmittuntur aliqua certa de Interruptione Missæ.

CERTUM est Primo, nunquam quoad partes essentielles interrumpi Missam, sine gravi peccato posse v. gr. non potest consecrato pane, ita interrumpi, ut omitratur consecratio Calicis, nec consecrato pane,

pane,

pane, & Calice, potest omitti consumptio, hæc enim, licet per aliquos non sit de essentia sacrificii, est certe de perfectione integrali.

z. Certum est, contra, secundo, interrumpi omitti que omnino debere, quando incepta etiam consecratione, recordetur certo quis se non esse sacerdotem, quia hic non interrumpit sacrificium, cum ab ipso nulliter offeratur, sed ab eo, quod debet, abstinet. Dixi (certo) nam in loco, & re tam gravi, nec scrupulus, nec dubium te commovere debet; quare si certus omnino sis, depone ad dubium, hoc est, tibi persuade (quando quidem non es certus) pergere posse, & pergit.

4. Certum sit Tercio. Si hostes, Hæretici v. gr. ingruant ad occidendum sacrificantem in altari (multo magis si ad injuriam inferendam sacramento) posse b sacerdotem Hostiam

a Fagu. i Eccl. præ. lib. 3. c. 19. n. 19.

b Laym. lib. 5. c. de Euch. c. 7. n. 1.

Et 20.

Hostiam cōsecratam statim sumere, vel secum auferre, si ad consecrandum Calicem, sine evidenti mortis periculo progredi non possit. Et quidem eadem esset ratio, si ex terræ motu, vel incendio simile periculum instaret.

4. Dices. Si quis incutiat metum mortis sacerdoti, nisi solum panem consecret, non potest sacerdos Missam incipere cum animo sic interrumpendi, quamvis is metus non incutiatur in contemptum sed in alium finem v. g. ad infirmū communicandum: cuius rei ratio, est quia non potest fieri sacrificium mutilum contra præceptum latum à Christo de integritate sacrificij. Ergo, pariter, nec ille Sacerdos, idem poterit, ut hostes fugiat, iam enim relinqueret mutilum sacrificium.

5. Respondeo, in casu antecedentis directè intenditur sacrificiū imperfectum, quod quia est contra Christi præceptum, numquam li-

D d 5. ceta

cer: at in causa nostra sacerdos non intendit mutilare Sacrificium directè, & ex proposito, sed permittit ejus imperfectionem, seu omittit illud perficere in eo casu, in quo Christi affirmativum præceptum de integrando Sacrificio, non obligat. Debet igitur Sacerdos semper habere propositum perficiendi, esto per accidens, urgente gravissimo periculo, non perficiat.

6. Certum est Quarto, etiam quoad partes accidentales, & Ritum iam approbarum recitandi Missam non posse licite eam interrumpi sine gravi causa patet id ex sensu communi fidelium, rei gravitate, & reverentia tanto Sacrificio debita, notatque cap. Nihil 7. quæst. 1. ibi. *Nullus absque patenti proventu molestia minister, vel Sacerdos, cum ceperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere: si quis hac temerarie præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.* Vbi nota hanc esse excommunicationem ferendam, cum
impo-

imponatur a per verbum futuri tē-
poris, & requirere præsumptionem
ut patet per illud temerariè præsum-
pserit.

7. Quoniam vero dictum est
(sine gravi causa) ideo per aliquas
erit hic nobis, ut de similibus de-
inceps judicare possimus, breviter
discurrendum.

§. II.

PRIMA CAUSA

interrumpendi Missam

*Metus mortis, vel gravis
mali.*

1. **S**I ob malum nū. 3. dictum pot-
est Sacerdos interrumpere
partes Missæ essentielles, multè ma-
gis poterit partes accidentales, quæ
sunt de præcepto Ecclesiastico,
quod, ut cætera humana præcepta,
non obligat in tanto periculo. Im-
mo propter hanc eandem rationem
licebit in tali casu eam interruptio-

D d 6 nem

a Bonacin. d. cens. disp. 2 q. 1. p. 1. n. 6
6. & passim.

nem ex proposito, & directè etiam intendere.

Memini me tamen supra a do-
cuisse, si sacerdoti metus mortis in-
curiatur, n̄ sine omnibus vestibus
sacris celebret, non licere sic cele-
brare; licere autem, si sine aliqui-
bus. Et ratio erat, quia sine omni-
bus, non potest non credere in con-
temptum sacrificii, qui cōtempus
sine aliquibus, facilius vitatur. Pari-
igitur modo hic erit considerandū,
quæ, & qualis interruptio intenda-
tur, vel facienda sit, An initio Mis-
sæ, an facta oblatione, an incepto
Canone, &c. Si enim appareat peri-
culum gravis contemptus, non li-
cebit propter talem metum inter-
rumpere, vel id intendere, licebit, si
non appareat.

2. Si ingruant hostes, incen-
dium, terræ motus, vt simile quid,
idem similiter est dicendum, sem-
per præciso scandalo, periculoque
contemptus habendum etiam præ-

ocu;

a Lib. I, 6, 3. §. 1. v. 6.

oculis, quod, quo partes sūt remo-
tiores, vel viciniore Consecratio-
ni, vel Communioni, eo periculū,
vel malum instans debere esse, vel
maius, vel minus ad dandam, vel
non dandam legitimam causam in-
terruptioni. Quoniam vero in-
gruentibus hisce malis oritur per-
sæperurbatio mentis, illud in-
de facias, quod tunc bona fide fa-
cere te posse iudicas, nam coram
Deo id sufficiet, vt cap. 5. diximus
§. 2. num. 30.

§. III.

SECUNDA CAUSA,

*Superveniens memoria impedimenti
ex assumpto cibo, ex peccato, ex
censura, ex tempore
indebito.*

SI quis dum celebrat, recor-
detur se habere aliquod
impedimentum, se, videlicet, non
esse

D d §

esse

esse ieiunum, vel non esse in gratia
vel esse excommunicatum, suspen-
sum, interdictum, irregularē, quid
faciet?

Respondeo, me de hoc aliqua di-
xisse in Opusculo *a* de Expediēda
Communionē; vide nihilominus
quæ dicam infra c. 8 §. 2.

3. Quid si superveniat adverten-
tia temporis indebiti, hoc est, te ce-
pisse Missam longe post meridiem,
vel multo ante Auroram?

Si est captus Canon, est omnino
Missa perficienda, si non est cap-
tus, mensurandum est scandalum,
seu turbatio, quæ oriri potest in a-
stantibus, hora multum, vel non
multum à meridie, vel ab aurora
distans, multus, vel parvus pro-
gressus in ipsa Missa &c. quodque
ponderare plus videbitur, hæc ni-
mirum, an interruptio faciēda, il-
lud eligatur; iuxta dicta cap. 5. §. 2.

§. IV.

a Opusc. de exped. com. c. 1. §. 6. n.
34. & 35. iuncto c. 2. §. 8. n. 33.

TERTIA CAUSA.

Superveniens excommunicatus non toleratus.

1 **D**VM Missam celebrans advertis adesse, Vel supervenisse excommunicatum non toleratum, cum quo communicare in divinis non possumus, quid tibi faciendum?

3. Communis doctrina, quam paucis comprehendit Layman & hæc est. Si excommunicatus toleratus (qualis solum est dominum denūciatus & percussor Clerici publicus) interesse præsumat Missæ, monendus ut discedat, sicut colligitur ex Clementina Gravis Desent. excommunic. ubi nova etiam excommunicatio Papæ reservata decernitur, si exire iussu non paruerit; tunc vero, si id com-

mode

2 Layman lib. i. tit. 5. p. 2. c. 2. n. 6.

modo fieri possit, expellendus est opera
 laicorum, tametsi Regularis, vel Sa-
 cerdos sit is, qui eicitur; si laici non
 adsint, neque vocari possint, etiam
 Clerici non expellere debent arg. c.
 venient de sent. excom. Quod si expelli
 non possit, sacerdotem ab Altari re-
 cedere oportet, nisi Canonem Missae
 cepit secundum Silvestrum, a se-
 cundum Valios vero, tametsi Canon
 captus sit, sed nondum Consecratio
 perfecta. Sed existimo, si verba illa
 proxime antecedentia consecrationem
 Qui pridie quam pateretur, dici coep-
 ta sint non posse discedere sacerdotem;
 At vero alij omnes prater Altaris Mi-
 nistrum recedere coguntur, quia cum
 excommunicato non tolerato commu-
 nicare in Sacris Officijs non licet, Sa-
 cerdos autem Sacrificium perficere
 debet usque ad Calicis sumptionem;
 tum; iterum monito excommunicato,
 ut recedat, si nolit, ipse quoque ab-
 ire

a Silvester v. excom. 5. n. 3. b Apud
 Avilam p. 2. ca. 6. §. 9. dub. 8. Suarez, 12
 sec. 1. n. 11.

ire debet. & qua reliqua sunt Missa in
 Sacristia peragere, vel si talis locus non
 sit, omnino, intermittere debent tamen
 hac intelligi de Sacrificio Missa compa-
 ratione ejus dumtaxat Altaris, cui ex-
 communicatus assistere praesumit; nam
 interim nihil obstat, quo minus in aliis
 Altaribus Missa peragatur, praesentibus
 etiam fidelibus, sicuti notavit Suarez,
 a Haftenus Layman.

3 Dum haec scriberem, accidit
 casus hic. Declaravit Praesul nomi-
 natim excommunicatum unum ex
 senatoribus Civitatis, ob quamdam
 contumaciam in exigendis Vesti-
 galibus ab Ecclesiasticis. Paucis
 autem post diebus die Solemni Na-
 talis Domini, cum de more in Ec-
 clesia Cathedrali coram Prorege,
 senatoribus, populoque universo,
 Missam cantaret idem Antistes, ad-
 vereit, ipso Missae initio, ad esse cum
 ceteris collegis Senatorem illum ex-
 communicatum non toleratum. Sube-
 sti-

a Suarez disp. 12. de cens. sect. 1. fine

stirrit; eundemque per nuntium ad-
 monuit, ut è Templo recederet,
 qui cum tenuisset, atque ultro, ci-
 troque idem Nuntius responsiones
 pertulisset, delata etiam ad præsen-
 tem Proregem turbationis causa,
 res eum terminum habuit, ut Episcopus,
 nulla alia adhibita vi, per-
 rexerit in Sacro, illique de more fi-
 nem imposuerit. Magna exinde o-
 borata est quaestio, inter Canoni-
 stas, An legitime Episcopus in Sa-
 cro pergendo persistere potuerit?
 An senator ille in excommunic-
 tionem Pontificiam incidere; An
 denique astantes, qui exire à Tem-
 plo debuissent, peccaverint: Profe-
 cto sic primo aspectu merito dubi-
 tabatur. Verum ego minimus, alii-
 que me doctiores, inde prædictos
 defendimus, quia senator ille, sta-
 tim atque suæ denuntiatae excom-
 municationis notitiam habuit,
 ritè appellaverat ad superius Tri-
 bunal; quare, appellatione penden-
 te, vitandus non erat. Audicun-

dem

dem Layman ad breuiter differen-
 tem. Secundo colligitur eum Navarro
 & Glossa, licet Appellatio ipsam excom-
 municationis sententiam absolute la-
 tam suspendere non possit, cum ea exe-
 cutionem secum trahat, c. Pastoralis
 §. De Appell. nihilominus suspendit ef-
 fectum denuntiationis, ut appellans,
 pendente appellatione, vitandus non
 sit. Qua simili ratione, tamen si aliquis
 in facto notorio appellare non possit, c.
 Cum sit Romana, eodem titulo, tamen
 à sententia Iudicis declarantis factum
 notorium esse, appellare potest cum is
 iniuste iudicare potuerit, sicuti nota-
 vit Abbas. Denique licet à pœna ju-
 ris non appelletur c. Quia nos de Appell.
 appellari tamen potest à sententia Iu-
 dicis declarantis aliquem incidisse in
 pœnam juris. Hæc ille, vide etiam
 Bonacinam f. aliosque.

§. V.

- a Layman. lib. i. tra. 5. p. 2. c. 4. n. 2
 b Bonacin. de excomm. dis. 2. du. 2. p.
 1. §. 1. n. 2.

QUARTA CAUSA.

*Superveniens violatio Ecclesie,
vel Altaris.*

SI violatio, (de qua supra *a* breviter locuti sumus) contingat post Canonem inceptum, (cum tunc consecratur quoad hunc effectum incipisse *b* Sacrificii substantia) pergat *c* Sacerdos, Missamque absolvar, ac si nulla violatio supervenerit, Si vero Canonem non inceperit, recedat, Missamque relinquat. Illud recole, si Ecclesia solum benedicta, & non consecrata fuerit, posse, *d* ipsum sacerdotem ejusmodi violatam Ecclesiam, seu Altare recon-

a Supra lib. 1. c. 4. §. 5 *b* Suar de Sacram. disp. 81. sec. 4. §. 2. queret Fag. 1. Eccl. precep. lib. 3. c. 14. n. 7. *c* Delugo de Euch. d. 20. §. 7. n. 61. & passim *d* Supra lib. 1. c. 4. §. 5 v. 1.

reconciliare per formulam positam
Cæremoniali, quæ satis est brevis
factaque reconciliatione, statim
redire ad Missam, & prosegui.

2. Dico (posse) nam si commo-
dè haberi nequeat. Cæremoniale,
Sacerdos non obligabitur; sed solū
relinquat Missam: Obligabitur ta-
men sub veniali, si commode posset
habere Cæremoniale, & nollet re-
conciliare: quia est nonnulla irre-
verentia, nolle Missam cœptam,
quamvis nondum incepto Cano-
ne, absolvere, cum possit. Sub mor-
tali autem non obligo, quia potest
se confirmare cum decreto Eccle-
siæ prohibente Sacrum fieri in loco
violato: & ex alia parte Sacerdoti
privato reconciliationem illam
Ecclesia non præcipit.

3. Sed quid fiet de hostia. Vino-
que oblatis, si relinquenda sit Mis-
sa post oblationem?

Hostia, vel reverenter sumatur à
quopiam, vel servetur inter ceteras
quæ postea consecrandæ erunt: nec
officiis

officit debere iterum offerri, quia oblationem reperere culpa nulla est. Vinum etiam, vel reverenter absumatur, vel servetur ad alias Missas vel deponatur in Piscinam Sacram, seu Sacrarium. Atque hoc ex congruentia, nam ceterum si ejusmodi Hostia, & Vinum serventur, sine contemptu, in usum non factum, culpa non erit, ut ex supra dictis in simili colligi potest.

§. VI.

QVINTA CAUSA.

*Superveniens Corporalis
necessitas.*

z **S**I morbus, & vel alia gravis corporis necessitas cogat Sacerdotem Missam interrumpere, immunis is erit, ut ex se constat, & culpa. Quo casu, si facta est conse-

a *Supra lib. 1. ca. 2. §. 3. à 9. 3.*

Layman, lib. 5. tr. 5. c. 7. n. 2.

ratio, & ipse redire ad supple-
 dum sacrum nequeat, quid facien-
 dum sit, dicam infra. *a*

§. VII.

SEXTA CAUSA.

*Superveniens proximi necessitas spiri-
 tualis.*

Difficulter alium casum circa
 hoc invenies, prætereum in
 quo alicui morti proximo Sacra-
 mentum sit ministrandum.

Primo igitur, si sit ministrandum
 sacramentum, quo credatur mori-
 turus ponendus esse in gratia. (qua-
 le est Sacramentum Pœnitentiæ,
 vel si hoc suscipere ob phrænesim
 non possit, Sacramentum Eucha-
 ristie, vel Extremæ Vocationis, qui-
 bus in eo casu competit ex probabili
 opinione primam gratiam con-
 fer-

a Infra c. 8 §. I. n. 1.

conferre) si id, inquam, sit ministrandum, ne præsto sit alius, nisi is, qui actu celebrat, potest (inquit merito Zambraus) a Sacerdos Missam inchoatam etiam post consecrationem relinquere, servante interim aliquo Sacram Eucharistiam, in quo casu dictus Sacerdos secum deferat aliquam Hostiam consecratam, & extremam unctionem ad infirmum, auditaque eius confessione, & data Eucharistia, atque extrema Vnctione (remissis tamen Psalmis Pœnitentialibus ad Ecclesiastiam post Missam) revertatur ad perficiendum Sacrum; Arque hæc infirmus possit ea omnia Sacramenta suscipere secus conferat. illud, quod potest.

2. Secundo. Si sit ministrandum Sacramentum Eucharistiæ non ut cõferat illi gratiam, primam, sed pro Viatico ei, qui paulo ante sit confessus, nec adsit alius Sacerdos, si facta quidem sit oblatio, seu cer-

a Zamb. 6. 4. dub. 6. n. 5. b Layman lib. 5. tr. 5. c. 7. n. 3.

reinceptus Canon, non licet exue-
re sacras vestes, & ite ad porrigen-
dū Viaticum. Si vero oblatio facta
non fuerit, licere non est improba-
bili. Ratio est, quia ex una parte nec-
essitas, seu utilitas illa infirmi non
judicetur modica, & ex altera ante
oblationem, vel Canonem (nō ve-
ro post) relinquere Missam, non ju-
dicatur continere tantam irreve-
rentiam, quæ non vinci debeat ab
illa necessitate.

3. Dixi (licere) nam non cog-
nosco obligationem, cum possit sa-
cerdos juxta alteram opinionem
putare non esse hanc tantam neces-
sitate, ut interrompere Missam
valeat.

4. Dixi item (non licere exuere
Sacras vestes) si enim in ipsa Eccle-
sia, in qua quis Sacrum celebret forte
aliquis repentino malo correptus,
indigeat simili Viatico, & potest sa-

E c sacerdos,

a Gloss. c. nullus dist. 1. de cons. Lay-
man lib. 5. tract 5. c. 7. nu. 2. Henr. 4. 8.

6. 20. n. 4.

cerdos, etiam post consecrationem, divertere capillum ab Altari, illi Eucharistiam porrigere, ac statim reverti.

5. Tertio denique, Si sit ministranda extrema Unctio moribundo alias confesso, vel Sacra Eucharistia refecto, quamvis aliqui asserant posse relinqui Sacrum, si nondum facta est oblatio, praesertim si qui sacram Unctionem petit, is sit, cui facile negari non possit. Ego tamen puto non posse. Ratio est, quia non video tantam necessitatem in casu extremae Unctionis, sicuti contra modo vidi in casu Viatici, ut ab hac necessitate possit vitari irreverentia interruptionis Missae. Adde infirmam esse rationem illam (si petatur ab eo cur negari non potest) sic enim, jam non concedis interruptionem ob spirituales necessitates, quae par est in omnibus, sed propter respectum humanum, cuius certe ratio in his Sa-

a. Laym. ibi.

eris Ministeriis habenda nequaquam est.

¶ Petes, unde incipiet Sacerdos, cum in prædictis casibus revertitur ad Sacrificium perficiendum?

Respondeo. Si revertitur a in casu factæ consecrationis, ritè incipiet inde, ubi desierat: at in casu consecrationis nõ factæ, est distinguendum. Nam si magna mora intercessit, puta plusquam una hora, poterit à principio sacerdos rediēs, Missam ordiri; si parva, puta non plusquam una circiter hora, poterit incipere inde, ubi desierat. Ratio est, quia in parva mora moraliter reputatur continuari eadē Missa: at in longa, cum censeatur moraliter pars jam dicta desisse, non reputatur continuari eadem Missa; quare cum nullā aliunde inconvenientia appareat, ab initio erit incipienda; Immo in hoc casu, sacerdos nullam obligationem habeat Missam eo die celebrandi, poterit

Ec 2

illam

a *Lege Suar. de sacr. d. 85. secl. I.*

illam omnino relinquere; quia si illa pars desit, non est obligatio ad dendi com partem.

§. VIII.

*Aduentu Principis, Pralati
Populi.*

CONCEDUNT a aliqui, si superueniat Princeps, vel Prælatus, vel processio Populi, vel similes, auditorique sint Sacrum, posse sacerdotem interrompere Missam, & iterum incipere: si alius sacerdos non sit, & celebrans solum progressus fuerit usque ad oblationem exclusivè, non vero si ultra. Immo id in praxi observatum esse testatur b Navarrus, c & Henriquez.

2. Mihi quidem hæc concessio
non

a Navar. Henrig Sa, Scortia quos
citae, sequiturque Layman lib. 5. tract.
2. cap. 7. num. 2. sine. b Nav. ib. c Hen-
rig. ibid. d Supra lib. 1. c. 6. §. 3. num. 2.

non placet, sicuti nec placuit supra
 a quod propter similem adventum
 possit ab eodem bis eodem die ce-
 lebrari. Ratio est, quia eiusmodi ad-
 ventus non affert tantam necessita-
 tem, qua superare possit irreveren-
 tiam interruptionis Missæ, quan-
 doquidem illi cum non suppetat al-
 lia Missa, ad integram audiendam
 non obligentur: Maxime ergo lau-
 dandum est Decretum b Mediola-
 nense, in quo absolute cavetur, ne
 quis Missam semel inchoatam re-
 petat: Id quod præxim à Navarro
 allatum, nec solido fundamento ni-
 xam, merito corrigit.

§. IX.

OCTAVA CAUSA.

*Concio, Ordinatio, Communio Populi,
 Publicatio Edictorum.*

Hæc exerceri posse juxta
 Rubricas, & consuetudi-
 nes,

a *Supra lib. 1. c. 6. §. 3. n. 2. b Apud
 Gavant. in man. Episc. v. Missarius
 rum. 159.*

nes, dum Missæ Sacrificium peragitur, atque adeo per illa interrumpi ritè posse Sacrum, explicatio non indiget.

CAPVT VIII.

Qua ratione occurrendum defectibus in Missa occurrentibus.

A Deo latè à Doctoribus imò, & à Rubricis Missalis, de hoc argumento, disseritur, ut actum agere non debeam; ad memoriam ergo solum refricandam, & ne in quibusdam necessariis Lectorem meum alio abire compellam, doctrinā de hac re S. Thomæ, a b Egidio b Coninch compendiosè allatam, cum nonnullis nihilominus notis, seu additionibus nostris, ubi opus fuerit, immixtis, siue annexis, hic subscribam.

§. I.

a S. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. b Coninch
d. Euch. q. 83. ar. 6.